



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Patricij senis Monasterij in scopulo. Capvt XCV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Vita Patricij senis Monasterij in scopulo.

C A P V T. X C V.

ERAT quidam senex in eodem cœnobio Abbatibus Theodosij sancti patris nostri, generis quidem Sebastensis, nomine autem Patricius, senex valde (dicebat enim se esse annorum centum & tredecim) mitis, & quietus. Narrauerunt ergo nobis de illo ipsius loci patres, quod fuisset pater monasterij Abbatibus Cani, dimississetque Prioris officium, periculum, & iudicium metuens (magnorum enim virorum esse dicebat, pascere rationales oues) ac venisset illuc, ut sub obedientia viueret, hoc iudicans animam vtilius esse.

De eodem, & de Iuliano Arabo, cæco.

C A P V T X C V I.

Dicebant autem nobis & hoc de ipso: Cum alius hic fuisset senex, genere Arabs. Iulianus nomine, captus oculis, ipse aliquando scandalizatus est in Macharium Archiepiscopum Hierosolymitanum, nolebatque communicare illi. Quadam ergo die Abbas Iulianus significauit Abbati Symeoni, qui erat in monte mirabili (distat autem à Theopoli mons ipse millibus nouem) dicens: Cæcus sum & quò abeam nescio. Neque verò qui possit auxiliari mihi, & communicare Machario detrecto. Indica mihi, pater, quid agere debeam de fratre, qui fornicatus est, & de illo, qui se cum eo iuramento constrinxit. Respondit autem Abbas Symeon Abbati Iuliano dicens: Ne recedas, neque te ipsum à sancta Ecclesia separe. Neque enim